perſtitem habere debere data eſtimatione partis que deficit quia pro parte non valeret ademptio.dicit hoc ſubtiliter probari.ff.de adimē.lega.l.legata.inutiliter.ff.de conditio.⁊ demonſtra. cum fundus.de lega.ij.cum filius.in princi.C.de conditio.inſertis.l.penulti. ff.de lega.primo non amplius.in fine.⁊ de fideicommiſ.lib.ſi legatario.§.primo vidiſti per ſuperiora quod indiuiduum trahitur ad vtranqȝ partem. Rof.placet prima pro domino Hugo.placet ſecunda pro vaſallo et hec mihi placet per.l.quoti.nihil.et.l.quot.idem ſermo.ff.de regu.iur. extra de verborum ſignificatio.abbate.verſicu.hic autem ſenſus.Conſtat autem quod ex primo intellectu duplex inſurgit iniquitas.prima quia innocens punitur. ſecunda quia venit dominus contra factum ſuum quorum quodlibet deficit in ſecundo inueni etiam hoc in pre. capitulo placere.Jaco.de bel. et concor.ei quod dictum eſt de eſtimatione per vaſallum ſoluenda.allegans etiam. l. ſi is qui quadraginta. in fine.ff.ad.l. fal.tenet etiam ibi quod pars pro qua dabatur eſtimatio remanet penes vaſallum ex titulo emptiōis. ff.pro empto.l. prima ⁊ in vſi.feud.de feu.da.in vi.l.commiſ.c.j.ff.de iure do.cum in fundo.§. ſi fundus.Ex quo deta.mentionem feci.mota ſit eius queſtio de comite tenente caſtrum a rege in feudum propter proditionem bannito vel condemnato per regem qui rex caſtrum poſtea dedit militi in feuduȝ. demum reſtituit comitem ad gratiam ⁊ ad bona queritur an caſtruȝ a milite aduocare poſſit ⁊ quo iure:⁊ de hac ⁊ vbi ſit locata fecit mentionem Innocentius in decreta.quamuis. de reſcriptis. libro ſexto que ſatis determinat hunc caſum. Redeundo ad indiuiduum de quo prediximus eſt queſtio de regno ducatu marchionatu. vel comitatu. que indiuidua ſunt per coſtitutionem federici.de prohi.feudi.ali.imperialem.§.preterea ducatus dato alicui in feudum pro ſe et primogenito vel eſt lex regni vel conſuetudo primogenitum ſuccedere.moritur primogenitus relicto filio moritur vaſallus dignitatē habēs relicto filio inter hos patruum ⁊ nepotem eſt queſtio quia vterqȝ dicit ſibi dignitatem iure primogeniture deberi:queritur.quid iuris cuȝ fui incuria. audiui qꝺ iſte caſus euenerat in quodam comitatu qui tenebatur a rege roberto ⁊ examinatus fui coram ipō rege tunc exiſtēte in auinione. ⁊ ante omnia ſciendum quod Cyn.in.l.ſi vina.C.de bo.maternis.dicit quod per tex.ibi dicenteȝ in medio legis filij eſſe deteriores nepotib' non ſinantur Ricard.malumbra tenuit patruum preferendum. et dicit ibi Cyn.ſic fuiſſe in rege Roberto ſeruatum nec plus proſequitur allegare poterat ad idem.C.de verborum ſignificatio.l.fina. ibi nullo enim modo filijs viuentibus ⁊c.et.C.quando dies legati cedit.l.ſecunda ibi.quicūqȝ fuerit is qui ſuperuixerit ſit ⁊c. et.ff.de legatis ſecūdo. cum ita.§.fina.⁊ ad trebel.l.heredes.§.vltimo.ad hanc partem etiam facit quod ius primogeniture eſt priuilegium perſonale ⁊ ad heredem tranſmitti non poteſt.ff.de regulis iuris in omnibus cauſis ſcꝺo ⁊ ſufficiat regula priuilegium.libro ſexto.item ex alio capite tranſmitti nō poteſt quia non competebat primogenito tempore ſue mortis illa ſucceſſio. ergo nec tranſmittit illam ad filium quia ius competens non tranſmittitur ad heredes etiam liberos.C.de caducis tollendis.l.vna §.pro ſecundo.fortificatur hoc ex parte cauſe.ceſſat enim primogenitura in nepote vbi patruus fuit primo natus.ceſſat ergo ⁊ ſucceſſio.ff. de iure patrona. adigere.§.quāuis et de renunciatio. poſt tranſlationem.verſi.ceterum.item habet patruus intentum probato quod filius non repreſentet perſonam patris.id autem probat lex. ff.de iniuſto rupto ⁊ irrito teſtamento.ſi quis filio.in princi.ad idem inducitur.ff. de vulgari ⁊ pupillari ſubſtitutione.l.lex cornelia.⁊ ibi ſicut ius filij mortui viuente patre non tranſit ad ſubſtitutos.ſicut primogenito mortuo viuente patre non dicatur tranſire ad filium.ad idem.ff.de bo. lib. ſi libertus.§. primo vbi ſi moritur patronus filio ⁊ nepote ipſius viuētibus filius nepotem excludit.ad idem.ff.de legi.tuto.l.tutela.§. p̄mo verſiculo proinde.item caſus non expreſſus a contrahentibus vel a lege vel a teſtatore habetur pro omiſſo. in hoc te dilatare potes per ea que ſcripſi.de reſcrip.ſuſceptum.libro ſexto ſuper q̄nta gloſ. ⁊ per remiſſionem quam ibi dedi in fine.ceſſabit ergo lex priuilegium vel conſuetudo.vel feudi conceſſio in primogeniti filio qui non fuit expreſſus ⁊ verificabitur in patruo qui inter deſcendentes vaſalli nunc eſt p̄mogenitus patris ⁊ ordi.item conſtat quod iure veteri codicis nedum frater.ſed ⁊ ſoror que erat ſecundi gradus preferebatur fratri filio q̊ erat in tertio gradu computando ſecūdum leges.patet hoc.C.de legit. heredibus.l.conſanguinitas. hoc tamen iure aut̄. correctum eſt. et ſimul ſuccedunt fratres per capita nepotes per ſtirpes vt ibi patet. in aut̄. ceſſante.⁊ in aut̄.poſt fratres.C.de ſuis ⁊ legit.l.ſecūda.⁊ aut̄.in ſucceſſione.licet autem illud ius codicis ſit correctum ratio ipſius durat.ff. de capitis diminutio.l.nec eas.extra de iudi.nouit.ver.nec illud vbi de hoc.cum igitur pactio illa proximioris gradus in materia in qua correcta non eſt duret.⁊ hic queratur de feudo. Item de indiuiſibili ꝯcludendum eſt quod ex quo locus pluribus patere non poteſt ſcꝺm predictum ius vetus preferatur primus gradus ſecundo. ⁊ ſic patruus nepoti.Item hec duo equiparantur in iure.non eſſe ⁊ inhabilem eſſe.extra de tranſla.c.ſecūdo.ver.ſicut iuxta.ff.quod cuiuſqȝ vniuer.l.prima §.penulti.Sed conſtat qꝺ ſi primogenitus eſſet inhabilis filius non ſuccederet.C.de queſtio.l.diuo marco.ob.enim filio qꝺ ob.patri.ff.de regu.iur.non debeo.⁊.l.aliud.§.fina. ergo idem quādo non extat. Ad ꝯtrarium primo inducitur illud Gen̄.xxv.in fi. vbi Eſau ius p̄mogeniture ſue vendidit ⁊ ceſſit fratri ſuo Jacob.⁊ tenuit ceſſio nec illud repetere potuit vt dicit canon.viij.q.j.quā periculoſum. ⁊ ibi de hoc iure no.⁊ ſcripſi poſt Hoſtien.extra de voto.licet in glo.procedit hic gl. precedenti hic interpono qꝺ hiſtoria illa ſoluit queſtionem ſi duo naſcantur eodem fetu vel vtero quod primo egrediens habet ius primogeniture.licet enim hyſtoria quod Eſau primo egreſſus continue ſecutus eſt Jacob. manutenens plantam pedis eius et tamen in Eſau ibi c.xxvij.⁊ ad Hebre.xij.primogeniture ius dicitur habuiſſe.inducit autem queſtio quod ſi dubitetur vide.ff.de re.du.l.ſi fuerit.in fin. audiui in illis locis ſeruari qꝺ ſimul ſuccedunt in totum bonis hereditarijs. ſed hoc ſuppoſito adhuc remanet dubium quid in re indiuiſibili videtur iudicio ſortis dirimemdum cui debeatur ſuper quo vide quod ſcripſi.de ſorti.c.vno.in fi.ego autem hoc caſu quo feudum eſſet indiuiſibile ad dominū recurrendum puto vt alteri honeſtori ⁊ prudentiori illud aſſignet ſi pares eſſent.gratificari poſſet.ad primū.xcvij. diſt.c.fi. extra de preben.de multa.in fi.ff.de teſtibus.l.fina.ad idem de ꝓcura. ſi duo.lib.vj.§.fina.⁊ ibi concor.in.⁊ ſuper glo.penulti. ad ſcꝺm qꝺ de gratificatione dixi.facit.ff.de lega.ſecūdo.ſi quis ſeruuȝ.§.ſi inter.vbi concor.in glo.ij.⁊ bene facit de reſcrip.c.penulti.lib.vj.ver.quid ſi forſan.ad predicta faciunt que no.extra de teſtibus in noſtra ante finem p̄me gloſ.⁊.C.lib.x.de incolis.l.ciues ad finem ſecunde gloſſe. item in hereditate diuiſibili ſi alter illorum non apprehenſa hereditate vel illa repudiata ⁊ decedat an alter ſolus ſuccedat an cum fratribus.⁊ pro quota plene diſputauit Ray.de forili.in.q.que incipit conſuetudo eſt in regno anglie.Et redeundo ad propoſitum dico per prius dicta reſponſum ad illud contrarium quo in princ.dicebatur iſtud ius eſſe perſonale nec tranſmitti ad heredem cum iure diuino pateat illud tranſmitti in ſingularem ſucceſſorem.fortius ergo heredem.⁊ maxime filiū. facit.ff.de acqui.rerum do.l.quedam.cum perſona patris dicatur per filium repreſentari.vt ibi.⁊ eſſe ⁊ ſtare dicatur.C.de agri.⁊ cenſi. l. cum ſcimus.in fi.li.xj.⁊ filij vox dicitur vox patris.inſti.de inuti.ſtipu.§.ei vero qui.⁊ dicuntur eadem fere perſona.de impu.⁊ alijs ſub.l.ſi.in fi.⁊ vna caro.xxxv.q.iij.§. hac autoritate.⁊ in prin.⁊ naturales dicūt rationem quare pater diligit plus filiuȝ q̄ filius patrē eſſe. quia pars eius remanet in filio non econtra.ſi pars remanet dicitur non totus mortuus.facit.ff.de vſufruc.l.ſi cui vſufru.inſule.de contrahenda emp.domum.§.ſi vero quantacunqȝ debet ergo dici filius primogeniti primogenitus.facit.ff.de verbo.ſignificatio.l.liberorum.vbi nomen liberorum commune eſt filijs ⁊ nepotibus.Item quod repreſentatur perſona patris per filium.patet.ff.de colla.bono.l.j.§.fi.⁊.l.ſi nepotes.⁊.ff. de coniungen.cum eman.libe.l.j.§.ſi filius.ad fi.per quas patet quod emancipatus emancipato de iure communi non confert.⁊ tamē filius emancipatus ꝯfert nepoti emancipato nato ex fratre conſtituto in poteſtate tempore mortis qꝺ ideo eſt quia perſonā illius repreſentat. ad idem pre.l.ſi nepotes.cum.l.prece.dotē.quā dedit auus.⁊.ff. de heredi. inſti.l.ſed ⁊ ſi in conditione.§.j.ex quibus patet qꝺ ex ꝑſona filij auus debet dotem nepti ſicut ⁊ filie.cum perſonam filij repreſentet.⁊ in pre. l.ſi nepotes.dicitur qꝺ nepotibus confertur vt fratri quaſi ipſi vnus eſſent.ex quo ergo fingūtur vnus plures nepotes ſuccedentes per ſtirpes.vt in pre.l.j.⁊.l.ij.C.de ſuis.⁊ legi.concludit qꝺ preſentat perſonā patris.Item preſuppoſito qꝺ cōſanguinei ſimul ⁊ vterini in ſuccedendo preferentur his qui ſunt conſanguinei tātum vel vterini tantum.C. cōmunia de ſucceſ.aut̄.itaqȝ.⁊ de legi.here.aut̄.poſt fratres.⁊ in aut̄.de conſangui.⁊ vteri.fratribus.in princi. Sed ponemus titium deceſſiſſe inteſtatum qui habebat fratres conſanguineos tantum. vel vterinos tantum.⁊ nepotem ex fratre defuncto qui erat conſanguineus ⁊ vterinus.dicit lex qꝺ nepos non ex ſua:ſed ex patris perſona excludet illos fratres conſanguineos tantum.vel vterinos tantum in aut̄.de here.q̄ ab inteſt.defe.§.ſi igitur defunc.col.ix. ad idem inducitur. ff. de donatio.inter vi.⁊ vxo.ſi donante res.§.primo.vbi ſponſus ſponte donauit anulum alienum poſtea vxori loco illius donauit proprium. licet hec donatio inter coniuges facta tenere non deberet tenet tamen quia repreſentat primam factā in ſponſam.ſic ergo de nepote dicatur rep̄ſentante patrem primogenitum.facit illud generale is qui in ius. de reg. iur.lib.vj.Item ſicut paciſcens in dubio videtur etiā in dubio heredi prouidiſſe.ff.de proba.ſi pactū ſic ⁊ lex primogeniture dato qꝺ dubia dicatur etiam filio prouidiſſe qꝺ eū cōtrahentes poſſunt pōt et lex.ff. de pactis non impoſſibile ſed in contrahētibus eſt dare qꝺ ſpem obligationis tranſmittitur ad heres.inſti.de ver.obliga.§.ex conditionali.ergo ⁊ in propoſito ius primogeniture ex.l.debitum tranſmittitur ī filium.⁊ ſic ⁊ iudicium operatum liberti inchoatum per patronū tranſit in filium etiam nō heredem.licet non in extraneū heredē. ff.de ope. liber.ſi operarum ad idem eo.titu. l. iiij. vbi ſi manumiſſus a duobus. vtriqȝ debet operas altero mortuo:licet alter ſup̄ſit filio mortui illas debet. Non ob.quod in princi.dicebat̄ ius qꝺ non competebat p̄mogenito tempore mortis tranſmitti non poſſe.quia licet ius patri nō cō competeret actu competebat tamen in habitu cui congruum quod de querela dicitur.C.de inoffi.teſta.ſi quis filium ad quod facit.ff. de aſſigna.

ſigna.lib.l.iij.in fi.cum duabus ſequē.Item quod ius beneficio legis competens tranſmittitur antequā ſit delatum.patet in arrogato qui legis beneficio in bonis arrogantis habet quartam.ff.de ado.l.ſi arrogator.querit lex.j.ff.de collatio.bono.§.ſi impuberi. an ſi talis petat bonoꝝ poſſeſſionē naturalis patris an teneatur illā quartam conferre.et priuſq̄ illi queſtiōi reſpondeat dicit lex arrogatum illi' quarte trāſmittere a ad heredem 1. ⁊ ſi dicas etiam patre arrogāte ſupſtite b qꝺ vf velle vltima gloſ.in p̄nc. facit ad propoſitum vt ſic etiā fili' viuente patre ꝺcedēs ius primogeniture tranſmittit ad filium. verū eſt eū qꝺ non trāſmittitur.vbi ex teſtatoris volūtate pendet debitum.vbi vero debet̄ ex beneficio legis cōis vel ſpālis.⁊ taliter quod tolli non poteſt per illum a quo debetur ſicut ius primogeniture in iſto caſu vt ſcripſi in glo.decre.lȝ.ſuperius allegata bene trāſmittitur quaſi es ſuū non alienū. vt dicit etiam Accur.in predicta vltima gloſ. ad hoc.ff.de inoffi.teſta.pax.§.ſi quis impubes.facit.C.de lib.⁊ eoꝝ lib.l.j. Itē nō ſic eſt in eo qꝺ debetur vt heredi.facit.ff.de ſena.emancipatum.§.fin.a ꝯtrario ibi.ſed ſi pater ante ꝯceptionem ⁊c.⁊ pro hoc facit qꝺ ibi no.⁊ de in ius vocan.adoptiuū.§.fin.⁊.ff.de inter.⁊ rele.l.iij.que optime facit.hoc autem feudum debetur filio etiā non heredi.facit.C.de lati.lib. tol.l.vna.§.ſed ⁊ ſi.⁊ de proxi.ſacro. ſcrin.l.ſi quis in ſacris.lib. xij. qꝺ vltimo parificantur non eſſe ⁊ inhabilem eſſe non eſt ſimpliciter veruȝ ſed verum eſt eius oppoſitum vt patet in iuribus proxime allegatis. vnde decreta.allega.dicit illum eſſe quēdam modum loquendi. vt ibi ſcripſi licet dici poteſt id locū habere vbi patri inhabili ꝑ filiū aliquid queritur cuius cōtrarium eſt cum patri nil queritur.facit.ff.de iure patro.l.diui fratres.⁊ ibi plene no.ad idem.ff.de bo.lib.l.queritur. Item concluſio illa procedit in natis poſt inhabilitatem. vt no.l.diuo marco ibi allegata audiui tunc ⁊ poſtea vidi in quibuſdam ſcriptis priuatis qꝺ rex robertus iudicauit tunc pro nepote nec tamen putes eū cōtra ſuum caſum pronūciaſſe.nam in facto illo inducebātur quedā ordinationes facte per ipſum ſuper comitatu predicto ⁊ prius per karolum ſcꝺm ipſius patrem ex quibus potuit ſic cauſa diffiniri. Nō obmittam ad intellectum predictorum ⁊ eorum que no.ī.§.ij.ver.xxxiij.qꝺ cōmuniter in italia ⁊ certis partibus alamanie ⁊ certarum ꝓuinciarū dignitates preter regales diuidūtur ſcȝ ducatus marchionatus comitatus.⁊ his ſimiles cōtra pre.l.federic. nec ſeruatur ius p̄mogeniture in illis ſed equalibus portionibus diuidunt illa feuda ſicut alodia.⁊ defenditur hec conſuetudo que imperatoribus ſcientibus dicitur introducta que neceſſaria videntur ad introducendam cōſuetudinem ipſorum legi contrariam.ff.de legibus.l.de quibus pro qua conſuetudine que fecit feuda diuiſibilia inducuntur leges.ff.de contrahen.emp.ſi in emptione.§.omniū.de mu..⁊ ho.l.munerum.§.mixta.ver.ſed ea que cōmunia prediorum.l.venditor.§.ſi conſtat.de aqua plu.arcen.l.j.in ſumma.de aqua quoti.⁊ eſti.l.hoc iure.§.ductus aque.plus quia ex tali cōſuetudine que permittit diuiſionem videtur qꝺ etiam moriens prelegata certis ⁊ deſcēdentibus facere poſſit quaſi illa ſit quedam diuiſio facta per teſtatorem.C.de inoffic.teſta.l.parentibus.⁊ famil.herciſ.l.ſi cognatione.⁊.ff.eo.titu.l.famil.herciſcun.ſi filia.§.ſi pater. et ſic ꝓpter rationis idētitatem vterqȝ diuiſionis verbo cōprehendatur. de elect. ſi poſtquā.§.vltimo.lib.vj.cum etiam conſuetudo a iure cōmuni exorbitās inducta in vno in alio ſimili obſeruetur. patet.ff.de no. ope.nūcia.de pupillo.§.ſi quis riuos.⁊ de fonte.l.vna.vt in poſſeſ.leg.l.is cui §.conſtitutio.⁊ not.C.de ſacroſan.eccle.l.illud.in vlti.glo.⁊ facit quod not.ff.de legib'.de quibus in.j.gloſ.In contrariū inducitur regula qꝺ contra rationē.ff.de regu.iur.eo.titu.que a iure.lib.vj.⁊ eo.ti.de regu.

IN hoc ti.hoc ordine ꝓcedemus nā primo ſuper feudi conceſſiōe inſtrumenta formabimus ſecundo ſuper homagijs aliqua diſputabimus. Tertio vero libellos cōcipiemus. ¶†Sic ergo concipe inſtrumentuȝ ſuper feudi conceſſioneᵇ. FORMA. vicecomes narb.ob remunerationem plurium obſequiorū.ac fidei ⁊ amoris circa eum ⁊ domum ſuam per.p.hactenus preſtitorum:⁊ in vinculum ⁊ ſignum dilectiōis inter eos et nunc perpetuo inuiolabiliter obſeruande dedit tradidit:⁊ conceſſit in feudum ⁊ iure feudi ipſi.p.recipienti pro ſe ſuiſqȝ filijs ⁊ nepotibus ⁊ pronepotibus omnibus ex eo ⁊ ex eis in perpetuum deſcendentibus maſculis videlicet legitimis.dūmodo in nullam aliam perſonam extraneam transferatur. talem rem in tali loco infra tales confines ſitam:ad habendum tenendum poſſidenduȝ ⁊ quicquid ſibi ſaluo eo quod dictum eſt:⁊ ſaluo etiam iure fidelitatis debite deinceps placuerit perpetuo faciendum cum omnibus ⁊ ſingulis que infra premiſſos continentur confines vel alios ſi qui forent acceſſibus quoqȝ ⁊ egreſſibus vſqȝ in viam publicam:⁊ cū omnibus ⁊ ſingulis que habet ſupra ſe:vel infra vel intra ſe:in integ.omniqȝ iure:⁊ actione.vſu ſeu requiſitione:ſibi ex ea:vel pro ea re:aut ipſi rei modo aliquo pertinente:quam rem ſe eius nomine cōſtituit poſſidere.donec ipſius rei poſſeſſioneȝ nact' fuerit corporalem.quā ſi quidem accipiendi ſua autoritate ac deinceps retinēdi ſibi licentiā omnimodā dedit:ꝓmittens ꝑ ſe ſuoſqȝ heredes dicto.p.ꝓ ſe ⁊ pro p̄dictis ex eo deſcēdētib' liberis legitimis ſtipulāti ⁊ recipiēti litē vl' ꝯtrouerſiā eis de dicta re vel ei' occaſiōe vllo tp̄e nō inferre. nec inferēti quomodolibet cōſentire:ſed ipām rē eis ab oī ꝑſona vniuerſitate legitime defendere:autorizare ⁊ expedire: ac dictam conceſſionē:⁊ omnia ⁊ ſingula ſupraſcripta perpetuo firma grata ⁊ rata habere ⁊ tenere nec cōtra.facere vel venire ꝑ ſe vel ꝑ aliū aliqua cauſa vel ingenio:de iure vel facto ſub pena.c. marcharuȝ argenti ſtipulatione ſolēni promiſſa:qua pena ſoluta vel non predicta omnia ⁊ ſingula ꝑpetuo firma perdurent.item reficere ⁊ reſtituere ſingula dāna et expenſas.ac intereſſe lit.⁊ extra pro q̄bus oībus ⁊ ſingulis firmiter obſeruādis obligauit eidem recipiēti vt dictū eſt omnia ſua bona.dictus vero. p.ibidē ⁊ in p̄ſenti ſibi ꝓmiſit ⁊ corporaliter iurauit ad ſancta dei euāgelia.ex nūc imperpetuū ſibi ſuiſqȝ hr̄dibus ſe fidelem eſſe vaſalluȝ:ipſumqȝ ⁊ hr̄des ſuos: res iura ⁊ honores ipſoꝝ p̄ſentes ⁊ futuros.ꝓ poſſe fideliter obſeruare ⁊ recuperare:⁊ nullatenus q̄ in quolibet detrimētū periculum ſiue dānum:vl' impedimentum:vel contumeliā perſone: vel ꝑſonarū: rerum:vel iurium ⁊ honorum ſui ſuorumue heredū verti poſſet per ſe vel per alium contractare: vl' aliquo modo machinari.immo ſi quem hoc vel aliqꝺ eorum tractare vel procurare quocunqȝ modo ſenſerit: quācitius poterit domino indicare ⁊ quicq̄d ſub fide et ſecretum fuerit ab eo impoſitū fideliter

iur.conſtitutionē.in princi.ne cler.vel mona.c.j.C.de teſta.ſancimus.⁊ de appel.precipimus. ſtet ergo preter illā ſpeciem qua ſibi eſt derogatum.maxime cum negetur identitas in vtroqȝ. immo eſt diuerſitas. qꝛ in vera diuione eſt concordia heredum.que non eſt in prelegato.⁊ ideo prima dicitur permutatio.ff.de lega.ij.cuȝ pater.§.hereditatem.ij. Inde eſt etiaȝ q ꝺ pro euictiōe legatorum regulariter non agitur.C.cōmunia vtriuſqȝ iudi.ſi fratres.⁊ fami. herciſ.l.ſi familie.⁊ ibi plures de hoc.videtur ergo illud priuilegium nō valere vt factū de re non deducibili in legatum impediente lege ſoluȝ in vno caſu per cōſuetudinem violata.ff.de lega.j.l. apud iulia. §. vult.⁊.l.cetera. poſt prin. facit de elect. q̄q̄ in princi.libro.vj. Extāt queſtiones dn̄i mei in legibus vna incipit quidā nobilis: ⁊ eſt de filio legitimo naturalis legitimati an ſuccedat in feudo fundatur ſup.c.naturales.ſi de feudo defuncti controuerſia fuerit circa quam vide quod ſcripſi qui filij ſint legitimi.lator.ſuper prima gloſ.alias incipit.Ego donaui.et eſt de illo qui donauit rem ſuam titio ea lege: vt ſibi illam cōcederet in feudū iuxta infraſcripta pacta quam dedit his pactis quod propter iuramentum fidelitatis non preſtitum vel ſeruitia vaſallatica.vel propter quicquā aliud propter quod iure vel conſuetudine feudum ſolet vel debet perdi illud non perdat:ſed incidat in penam vigintiqȝ librarum.demū titius alienauit feudum.querebat an domin' poſſet illud vēdicare tenet quod non.quia contractus ex conuentione legem accipiunt.ff.de po.l.prima.§.ſi conueniat ⁊ in feudis pacta contra ipſorum naturam poſſunt apponi.puta quod iuramentum fidelitatis non preſtetur. vt titu.per quos ſit inueſtitu.in fine. ⁊ titu.preceden.in fi. ⁊ de feudo nō habente naturam feudi.cum igitur pena perditionis feudi tranſlata ſit in pecuniariam:licet alias cōmitteretur hic non cōmittitur.nō vendicat ergo dominus obſtante pacto nec vaſallus obſtante exceptione rei vendite ⁊ tradite.⁊ quem de euictio.tenet actio ⁊c.ff.de euictionib' vendicātem.addebat de feudo alienato per vaſallum quod dominus reuocare non poteſt an alienans remaneat vaſallus videtur quod ſic: quia ſuccedit precium loco rei.ff.de peti.heredi.ſi rem ⁊ precium.et de vſufruct.quia qui precio ad idem.C.de oper.lib.l.vltima. Subdit qꝺ ſi pena perditionis feudi non eſſet tranſlata in pecuniariam. ſed ſimpliciter conueniſſet quod propter culpas non perderetur feudum valere pactum in ſpecificantis in alijs non.ff.ſi quis cau.ſed et ſi quis.§. queſitum.⁊ ne dolus futurus per pactum videretur remitti contra legem.ff.de pac.ſi vnus.§.illud.⁊ ne inuitetur vaſallus ad delinquēdum C.de indi.viduita.l.ſecūda.ff.de tranſac.cum hi. De vaſallo an teneatur aſſignare feudum pro quo ſeruit.no.ſ.titu.ij.§.fin.ver.lx.in fi.vbi etiam ſcripſi quid ſi errans aſſignauit proprium ⁊ an vaſallus non ſeruiendo.xxx.ann.preſcribit libertatem ⁊ feudi directuȝ dominiū ſcripſi ſupra de p̄ſcrip.ſuper rubrica ad fi.ver.fuit alia.⁊ ibi ſcripſi quid operentur verba cum datur res in feudum nobile liberū ⁊ franchum.

ADDE prime queſtioni de filiofamili.quod voluit roma. conſilio xvj.et verſicu.xciiij.adde Bald.conſilio.cccxxx.et verſiculo.ciiij.adde Alexander conſilio tertio.p̄mo libro.verſicu.propter hoc.adde alexādrū conſilio.xxx.primo libro et verſiculo redeundo. adde late Oldr. conſilio.xciiij.⁊.ccxxiij. Pe.de ancha.ꝯſi.cccxlj.⁊ de vaſallo alienante partem feudi.vide Bal.ꝯſi.ccviij.⁊.ccxvj.p̄mo libro.

IN hoc titulo concipiemus quia infra ſepe allehabitur liber vſus feudorum an liber ille preter cōſtitutiōes imperiales cōtineat ius cōe plene ſcripſi eo.ti.c.vlti.ſup vlti.gloſ.

b ¶Sic igitur.conceſſione Rolan.xxj.parte prima et ſequenti continuatur huic,

Archivo Rosario Histórico

retinere: et ſine ſui licentia non pandere nec per qđ pandatur facere nec nō perſonam res iura ⁊ honores ſuos aduerſus quoſcūqꝫ excepto imperatore romano vel rege: ⁊ exceptis his quibus prius fidelitatis debito erat aſtrictus requiſitꝰ tueri ⁊ totis viribus adiuuare ⁊ conſilium vtile pro poſſe et auxilium prebere ⁊ generaliter purā ⁊ veram fidelitatem ſibi ⁊ ſuis heredibus obſeruare. Ceterū predictis omnibus ſic peractis idem. a. in robur ⁊ confirmationem conceſſionis prefate ipſum. p. cum baculo vel ciroteca de dicto fundo legitime inueſtiuit in ſignū mutue ⁊ perpetue dilectionis ⁊ fidei pacis oſculo interiecto. hec probanṫ. xxij. q. vltima de forma. ⁊ in lib. feu. qualiter iurare debet vaſallus fideli. c. vnico. ⁊ de forma fidelitatis. c. vnico. ⁊ de noua fideli. forma. c. primo ⁊ quēadmodum feudum ad filiam perti. c. vnico. ⁊ de ſucceſſoribus feudi. c. vnico §. filia. extra de iureiuran. ego. lxiij. diſtin. tibi domino. 2 ¶† Et not. qđ qua fidelitate tenetur vaſallus domino eadem tenetur dominꝰ et vaſallo: vt in pre. c. de forma. in fi. 3 ¶† Porro ſi feudum a predeceſſoribus ꝯceſſum ſucceſſor confirmet. hoc modo conficietur inſtrumētum.[a] FORMA. T. vicecomes narbonē. filius cuiuſdam talis ſtudēs ꝓ viribus in bonis predeceſſorū ſuorū veſtigia imitari ⁊ acquiſitum atqꝫ relictum ſibi per ipſos theſaurum incomparabilem amicos videlicet et fideles. omni qua poteſt cura ⁊ ſollicitudine conſeruare. lecto ſibi ſeriatim ⁊ aperte inſtrumento conceſſionis in feudum facte olim. p. patri. h. ab. a. quondam genitore ipſius. t. de tali re in tali loco infra tales confines ſita. vt patet in eodem ipſius conceſſiōis inſtrumento manu talis notarij confecto. eandē conceſſionem ⁊ feudum. ipſiuſqꝫ rei poſſeſſionez et oīa ⁊ ſingula circa hoc ab ipſo. a. geſta. ⁊ in prefato inſtrumento contenta: vtpote prouide: rite ⁊ bene facta. ipſi. h. preſentis renouate conceſſionis autoritate pleniſſima confirmauit: ⁊ in confirmationis ⁊ renouationis ſignū ipſum. h. de dicto feudo cuꝫ virga vel pylleo legitime inueſtiuit promittens per ſe ſuoſqꝫ heredes dicto. h. pro ſe ſuiſqꝫ filijs et omnibus ex eo deſcēdentibus legitimis maſculis ſtipulanti ⁊ recipienti prefatam conceſſionem ⁊ renouationez ⁊ omnia ⁊ ſingula ſupraſcripta perpetuo firma grata ⁊ rata habere ⁊ tenere nec cōtrafacere vel venire per ſe vel per alium aliqua ratione vel cauſa de iure vel de facto. ſub pena centū marcharum argenti. ſtipulatione promiſſa ⁊ refectione dānorum ⁊ expenſarū litis ⁊ extra. ⁊ obligatione omniū bonorum ſuorum. qua pena ſoluta vel nō predicta oīa ⁊ ſingula firma perdurēt. Idem vero. h. ſtatim ibidem de fide ac fidelitate ſeruāda. dicto. t. in omnibus ⁊ per oīa prout quondam. p. pater eius fecit et in p̄dicto inſtrumēto ꝯtinetur ſolēnem ꝓmiſſionez fecit ⁊ corporale preſtitit iuramentū. poſt hoc incōtinenti in ſignū mutue ⁊ perpetue dilectiōis ſeruāde ⁊ fidei ⁊ pacis[b] oſculum interuenit: hec ꝓbātur in pre. ꝯcor. extra de feu. c. ij. ⁊ de iureiurā. veritatis. extra de dona. per duas. ad hoc facit in lib. feu. qualiter dñs ꝓprieta. priue. ⁊ in titu. ſi de feu. ꝯtro. fue. §. dño. ⁊ in. t. ꝑ quos fiat inueſtitura. ¶ Inſtrumētum aūt recognitionis feudi ⁊ promiſſe fidelitatis potes colligere ex ſequentibus ⁊ p̄miſſis.

De homagijs et fidelitatibus.

Quoniam ſuper homagijs[c] ⁊ fidelitatibus frequenter queſtiones oriuntur: ideo vtile fore perpendimꝰ aliqua ſuꝑ hoc ad canoniſtarū inſtructionem ſub breuiloquio diſputare. et in primis. 1 ¶† Sciendum eſt qđ homagiū ꝓprie eſt de his q̄ ad tēporalia ꝑtinent: vt. xxij. q. vlti. de forma. ⁊ ideo indignū eſt qđ pro ſpūalibus quis homagiū facere cōpellatur: vt extra de reg. iur. c. fi. ⁊ extra de ſymo. ex diligenti. p̄lati aūt bñ p̄ſtant fidelitatē: vt ex̄ de p̄uile. antiq̄. Itē q̄nqꝫ faciūt homagiū p̄ncipibꝰ ratione temporaliuꝫ que ab his tenent prout infra dicetur. 2 ¶† Si igitur aliquis vult effici homo alterius nec inde confici poterit inſtrumētū. FOR.[d] Ego. p. ex cauſa homicie ſiue homagij promitto tibi. h. eſſe perpetuus tuus homo et ſtare cum meis heredibus ad tuam maioriam ſignoriam ⁊ preſtare tibi annuatim tale et tale ſeruitium conſtituens atqꝫ confitens me tuū eſſe hominem ⁊ deinceps me in tui poſſeſſione tanquā domini eſſe ⁊ ſtare in tali loco vel alibi vbicūqꝫ ponere me volueris. iunge ſi vis qđ eſt infra. ver. iiij. in fi. que omnia ſupraſcripta promitto attendere ⁊c. 3 ¶† Cōtractus iſte de generali conſuetudine capit vires potius q̄ de iure. lꝫ aliqui trahant ad hanc materiā. C. libro. x. de agri. ⁊ cen. cum ſimus. ¶ Qualiter autē fiet inſtrumentum affrancationis ſiue liberatiōis ab obligatione homagij vide ſupra de ſeruis nō ordinā. ver. porro[e]. ¶ Et no. qđ eſt homagiū ligium qđ videlꝫ 4 ſit imperatori vel regi nullius alterꝰ fidelitate ſalua. Illud vero qđ fit alijs non dicitur ligium qđ fit ſeu iuratur ſalua imperatoris vel regis autoritate vt in libro feu. de prohi. feu. alie. imperialem. in fin. multi tamen putant ligiū homagium eſſe quādo vaſallus mittit manus ſuas infra manꝰ domini ⁊ ſibi homagium facit ⁊ fidelitatem promittit ⁊ ab ea ad oſculum recipitur qđ tamen nō eſt vt dixi[f]. Alij[g] dicunt qđ eſt duplex homagium vnū dicitur ligiuꝫ in quo nullus excipitur quātum ad verba quantum tū ad mentem illi qui ſupremam et generalem habent iuriſditionem. puta imperator vel rex intelliguntur excepti. vt extra de iureiuran. venientes ꝯtra quos non tenetur quis dominū ſuū iuuare: vt. ĩ. ver. xv. ⁊ tale homagium in ſuo nullus preter q̄ ſupremꝰ intelligitur exceptus nō pōt fieri duobus. vt. ĩ. ver. x. Aliud vero eſt non ligium quando videlꝫ aliquis excipitur. puta facio tibi homagium excepta fidelitate qua tali dño meo ligio teneor: vel ſaluo qđ poſſim quē voluerim dñm ligium mihi cōſtituere: vt. ĩ. ver. xij. vel ſaluo: qꝛ nolo te contra talem iuuare. ſed prius dictum verius eſt. lꝫ hoc vltimū cōis vſus loquendi approbet. ⁊ ꝫm hunc vltimū modū loq̇mur fere per totū preſentem. §. j. dicitur autē homo ligius quaſi ligatus domino ſuo vel ligius quaſi legalitatem cōtinens. 5 ¶† Qđ autem in italia. ⁊ alibi vocatur vaſallagiuꝫ in Francia homagiū appellatur nos autem ꝓuinciales nobiles feudatarios vaſallos plebeios vero noſtros hoīes vulgariter appellamus: qđ aūt poſſit quis eſſe homo duorꝫ probatur. extra de ſup. neg. prela. grandi ibi vel cuidam alij perſone ⁊c. 6 ¶† Primo aūt circa hoc querendum eſt vtrū ⁊ qualiter quis alterius fiat[h] hō. reſpon. liber hō poteſt pacto mihi ꝓmittere ꝑ ſe ſuoſqꝫ heredes qđ ſit hō meus ⁊ certū mihi ſeruitiū faciat ⁊ tale pactum ſeruandū eſt: vt extra de pac. c. j. ⁊. ij. ff. eo. l. j. §. j. ⁊. l. iuriſgentiū. §. ait pretor. nam per ſtipulationē poteſt quis grauare ꝯditionē ſuā: hinc eſt qđ per pactionē ſcriptura interueniēte poteſt quis ſe conſtituere aſcripticiū: vt. C. lib. x. de ag. ⁊ cen. cum ſimus. et religioſum: vt. xxvij. q. ij. omnes femine. 7 ¶† Et tamen religio ſeruitus eſt: vt. liiij. diſt. multos. ⁊ no. inſti. de iure ꝑſonarū. ⁊ ſententia lata contra te qđ ſis hō meus ſufficit ad hoc quia in iudicio quaſi cōtrahitur: vt. ff. de pecul. lꝫ. §. ſi filius multo ergo fortius ſufficiet pactū quo in veritate ꝯtrahitur ff. de re iud. res iudi. ff. de libe. ag. l. j. §. fin. ⁊. l. ij. ⁊. iij. ff. de vſuf. pōpo. §. ſi ex cā. ff. de leg. j. ſi ſeruus pluriū arg. tū ꝯtra qđ pacto nō fiat quis alterius hō. nam hec homagia aliquā ſpeciē habent ſeruitutis. argu. extra de ſeruis nō ordi. c. fina. imo nihil aliud eſt dicere facio me hoīem tuū: qꝛ lex ſeruos noſtros homines appellat: vt. ff. ſi cer. peta. ſi fundū. §. ſeruū tuū. i. hoīem tuū. ff. de ſolu. qui duos. C. de epiſ. ⁊ cleri. l. j. et. ij. 8 ¶† Unde pactū non ꝓderit ad hanc cōditionem indicendā. ſicut nec ad ſeruitutē ſufficit indicēdam: vt. C. de libera. cauſa. nec ſi volens nec etiam cōfeſſio in iure facta ſufficit ad hoc. vt eo. titu. interrogatam hinc eſt qđ ſi alicui legetur ſub tali conditione a certo loco recedat nō valet: qꝛ ſic fieret quaſi ſeruꝰ vt. ff. de libero hoīe exhi. nihil. C. de ꝯdi. ⁊ demō. titio. Itē talis obligatio nō tenet cū infinitum obliget qđ euitatur a iure: vt arg. ff. de leg. iij. fideicōmiſſa. §. ſi quis decē. extra de reſcrip. cuꝫ in multis lib. vj preterea nō pōt quis operas ſuas in perpetuū locare ne fiat p̄iudiciū libertati. vt. ſ. de loc. §. poſtq̄. ꝟ. quid ſi q̇s. ſed dic ꝙ pacto pōt q̇s ſe hoīez alterius conſtituere: vt extra de ſup. neg. p̄. grandi. lib. vj. ibi fidelitate homagio iuramēto ſeu pacto ſi aliq̇bꝰ ⁊c. nā ex delatione ⁊ p̄ſtatione iuriſiurādi creditur libertus hō cōſtitui. C. li. x. de decur. cū decurionatus. et l. quotiens ſpontaneos. ff. de in iusvo. adoptiuum. §. j. C. de tranſac. l. fi. C. de tab. exhi. l. fi. ⁊ lꝫ q̇s hoīez alterius ſe cōſtituat ꝓpter hoc tū nō minuitur ſua libertas immo dñs eū tenetur ꝯtra alios in ꝑſona ⁊ rebus tueri. vt. xxij. q. vlt. de forma. in. fi. in pleriſqꝫ autem locis ſtipulatio hmōi ſic concipitur. nam is q̄ facit homagium ſtās flexis genibus tenet manus ſuas inter manus dñi ⁊ homagiū ſibi facit: ꝑ ſtipulationem fidelitatē ꝓmittit ⁊ dñs in ſignū mutue fidelitatis illū oſculatur. vt ſupra verſi. ꝓxi.[a] 9 ¶† Secūdo q̄ritur vtrū homagiū introductū ſit de iure ciuili: ſiue de iure ſcripto[b]: rñ. nō. ſed moribus ⁊ diuturno vſu q̄ legē immittanṫ. vt inſti. de iure na. gē. ⁊ ci. §. ex nō ſcripto. ⁊. xxv. q. ij. cū redēptori. di. inſgētiū. iuuatur tū legibus. nā pactiones licite cuſtodiende ſunt. vt. ſ. ver. ꝓxi. 10 ¶† Tertio q̄ritur vtrū tꝑis lōginquitate q̇s hō alterius efficiatur: puta recipiendo ab illo ꝑ. xxx. an. ſeruitia ꝑ hoīes ligios p̄ſtari ſolita[c] ⁊ videtur ꝙ ſic. ar. C. li. xij. de fundis patri. eū q̇. ⁊. C. d ag. ⁊ cē. cū ſat. §. cū aūt. vbi dr ꝙ ſtās ꝑ. xxx. an. ĩ fundo efficitur colonus. ⁊. C. de emāci. l. j. nā ſi idē pacto fieri pōt. vt. ſ. ergo ⁊ p̄ſcrip. tēporis fieri poterit: q̄ plus facit q̄ pactum. nā pacto ſociorꝫ fundo ſeruitus acquiri non pōt ſed preſcriptiōe ſic. vt. ff. de ſerui. ꝑ parte. ff. de ſerui. vr. pre. ſed ⁊ ſi. rū. j. Itē aſcripticius ſine gleba pacto acquiri non pōt: p̄ſcribi tū pōt. vt. C. de agri. ⁊ cē. l. ij. ⁊. l. quemadmodū. ff. de diuer. ⁊ tēp. preſcri. long. item pactū de non diuidēdo non valet. preſcriptio aūt impedit diuidere cupiētē ff. cōi di. in hoc iudicio. ⁊. l. ſi conueniat. ff. de an. ex. l. j. ad idem. ff. de diuer. ⁊ tēp. p̄ſ. de acceſſiōibus. ff. de re. iur. non dꝫ. p̄terea ex tꝑe liber fundus efficitur ſeruus. vt. ff. ſi ſeruitus vē. ſi q̇s diuturno. ff. de a q̄ quoti. ⁊ eſti. l. j. §. ductus. ⁊ ex tꝑe preſumitur filius q̄ non eſt. ff. de ritu nup. q̄ in ꝓuincia. arg. contra: qꝛ nulla tꝑis longinq̄tas p̄iudicat libertati. vt. C. de lōgi tēporis p̄ſcrip. q̄ ꝓ liber. ⁊ contra liber. in rubro. et in nigro. tꝑs eñ non eſt modus inducēde obligatiōis vt. ff. de act. ⁊ obli. l. obligationū fere. §. placet. C. de pac. ſi certis. ff. de ope. libe. ope. Item plus pōt pactum de quo predictum eſt q̄ p̄ſcriptio. vt. ff. quēadmodum ſeruitus a. non ſat. §. j. ibi: nec forte ⁊c. ⁊ ibi poſſumus eñ ⁊c. item ſeruitus q̄ continuam cauſaꝫ non hꝫ: non preſcribitur. vt. ff. de ſerui. l. ſeruitutes. rū. j. vnde cū hō non potuerit continue ſeruitia p̄ſtare non poterit homagiū preſcribi. itē liberi hoīs nullum eſt cōmerciū. ff. de cōtrahē. emp. ſi emp. §. j. ⁊. ij. inſti. de inuti. ſtip. circa prin. vnde vendi vel donari non pōt. vt. ff. de contrahē. emp. ſed celſus ſi nō pōt alienari: ergo nec preſcribi. ar. ff. de fundo do. ſi fundum. ff. de ver. ſig. alienationis. ſuꝑ hoc dixit mart. de fano. ꝙ ſi qō ſit de homagio. vtrum aliquis ſit liber homo vel non: ⁊ dñs eſt in poſ. homagij pro dño iudicandum eſt: niſi homo ſe liberꝫ probet. ff. de proba. circa. extra de elec. q̄relam. Si aūt hō eſt in poſ. libertatis ſine dolo malo: dñs neceſſe hꝫ de homagio docere: vt ibi. ⁊. C. de libera. cā. ea que. Qđ ſi in vtroqꝫ caſu ad ꝓbādum homagium ſoli tꝑis lōginquitas inducitur: aut inducitur tꝑs. xxx. vel. xl. an. quo caſu credo illum hoīem meum eſſe: quem tanto tꝑe preſcripſi. vt in pre. l. cū ſatis. ⁊. C. de fundis rei pu. euꝫ qui. ⁊ ar. ff. de aqua plu. ar. l. fi. ⁊. l. ſe. dū tamē tanq̄ ab homine meo: ⁊ non tanq̄ ab amico ſeruitia receperim. ff. quemadmodum ſer. amit. l. fi. et facit in li. feu. ſi de feu. contro. fu. c. ſi quis per. xxx. an. verūtū ad probandum homagium: non ſufficit probare tanto tempore fuiſſe preſtita ſeruitia niſi probetur pro homagio preſtita fuiſſe. arg. ff. ſi ſeruitus amit. l. fi. ff. de aqua quoti. ⁊ eſti. l. prima. §. ſed ſi in reꝫ. ⁊. §. ariſto. nec obſtat ad hoc pre. l. ſeruitutes. reſpon. j. quia licet homo vel vaſallus non ſeruiat cōtinue: ſeruit tamen quaſi continue: ex quo enim homo ligius ſemel preſtitit debita ſeruitia in ea cauſa eſſe videtur: vt quandocunqꝫ requiratur debeat ſeruire. ⁊ ſic quaſi continuam cauſam hꝫ vnde p̄ſcribi poteſt. vt. ff. de ſerui. vr. pre. foramen. Si autez inducitur tempus. x. vel. xx. annorum ad probationez homagij: hoc non ſufficit. ff. de vſur. cum de in rē verſo. qꝛ talis preſcriptio ſine titulo nō procedit. C. de preſcrip. lon. temp. x. vel. xx. an. diuturna. ac de hoīe libero non poteſt titulus interuenire: qꝛ eius nullū eſt commertium vt predixi. Alij tū in hoc contradicunt: ⁊ facit ad hoc. C. de fundis reipu. l. ius. ⁊. l. iubemus. Si tū aliquis per. x. vel. xx. annos preſtitit mihi ſeruitia tanq̄ ligius hō poſſum allegare cauſam interueniſſe dicendo: tu es homo meus: ⁊ ꝑ ſtipulationem mihi promiſiſti ſeruitia facere que homines ligij dñis ſuis facere debent: ⁊ ꝙ ita fuerit ꝓbo ex tempore: qꝛ non eſt veriſimile ꝙ tanto tempore preſtitiſſes: niſi cā homagij interueniſſet: ⁊ ita ex curſu tꝑis inducetur cāe preſumptio. vt in pre. l. cum de in rem verſo. ⁊ vide ſupra de reſti. ſpo. §. nūc dicamus. ver. ſed ⁊ ſi. 11 ¶† Quarto q̄ritur[d] quid ſi quis ſimplr nulla cā adiecta ꝓmittit mihi eſſe hō meus: nunquid tenet talis ꝓmiſſio cū effectu: ⁊ videtur ꝙ ſic qꝛ non inquiritur qualis ꝓmiſſio facta eſt ſed an fctā ſit: vt inſti. de leg. §. fi. ibi nec manumiſſionis mō ⁊c. vt. ff. qđ vi aut clam. ſi in rem. §. j. ff. de aqua quoti. ⁊ eſti. l. j. §. plane. item ruſticus nō preſumitur a iure ciuili ſine iuſta cā ſoluere. ar. ff. de proba. cum de indebito. vnde nec ſine iuſta cā ꝓmiſſio facta eſſe creditur. ar. C. ad. l. fal. l. fi. itē preſumptio eſt contra eum: niſi ꝓbet errorem qđ vtiqꝫ facere tenetur. vt. C. ad. l. cor. ſi. de fal. minoreꝫ. ff. de accu. ſi cui. ff. ad muni. libertos. ff. ad turpil. l. j. Ar. cōtra. ꝙ talis ꝓmiſſio caret effectu: obſtat eñ exceptio doli ei qui ſine cā ſtipulatus eſt. ff. de doli exceptione. l. j. §. circa. extra de fide inſtru. ſi cautio. item fideiuſſor eius qui ſine cā ꝓmiſit ſe poteſt hac exceptione defendere: ergo multomagis ipſe reus ſe defendere poterit. vt. ff. de fideiuſ. ſi ſtipulatus eſſes. Rū. j. ad idem. ff. de verb. ob. ſtipulationum alie. rū. j. ⁊. l. ſi ſeruus ſtipulatus. in fi. iteꝫ ſi nulla cā ſubeſt ſtipulationi nulla obligatio conſtituitur cum effectu. ff. de pac. iuriſgentiuꝫ. §. ſed cum nulla. ad idem. ff. de pollic. l. j. rū. j. C. de edicto diui adri. tol. l. fi. ff. de ſuſpec. tu. hoc eñ. rū. j. ⁊ in pre. c. ſi cautio. ſuper hoc dicas[e] ꝙ ſi quis ꝓmiſit meus eſſe homo ⁊ ſeruitia mihi facere tenet obligatio talis: nam cā ꝓmiſſionis ſeruitiorꝫ intelligitur eſſe homagium niſi altera probetur cā dico finalis: non impulſiua. C. de condi. ob cām. militem. C. de tranſac. ſi minores. ⁊. l. cum donationis. C. de iur. do. ſi mulier. nō eſt ergo neceſſe cām in promiſſione hmōi interuenire: vel eaꝫ ex cā fieri. Alij dicunt ꝙ vbi in promiſſione cā non apponitur: vel non interuenit. obſtat exceptio doli. ꝑ pre. §. circa. ⁊ idē eſt ſi cā ꝓpter quam ꝓmiſſio facta eſt nulla fuit. puta promiſi tibi. x. dare: qꝛ putabā te equum mihi vēdidiſſe[f] vel te patri vel anteceſſori meo mutuaſſe: cum tū verꝫ non eēt. Ideꝫ etiam eſt ſi perſona promittens ſit miles vel minor. vel femina. vel ruſticus qui ſicut preſumptiōe iuris in ſolutione iuuantur. ſic ⁊ in promiſſione iuuari debent. ⁊ tanto facilius quanto quis facilius ꝓmittit q̄ ſoluat. vt in pre. l. cum de indebito. 12 ¶† Homagia aūt conſueuerūt ſimplr recipi a nobilibus qui iura ignorant. M. de fano conſuluit[g]. vt oīs oppoſitio ceſſet ꝙ in inſtrō homagij ſic poſt ꝓmiſſionem dicatur. FORMA. Hoc aūt ideo ꝓmitto qꝛ talem rē mihi ⁊ heredibus meis conceſſiſti: donec ſub tuo dñio ſteterimus. ⁊ inſuper me ac mea defendere contra oēm hoīem promiſiſti: vel in emendam talis iniurie quā tibi dicor ĩtuliſſe: puta qꝛ dicor tibi patrem interfeciſſe: ⁊ ideo ꝓpter paceꝫ facio me hoīeꝫ tuum vel alia iuſta cā exprimatur. 13 ¶† Quinto[h] q̄ritur: vtrum filius hoīs mei: non tū ex femina mea natus ſit homo meus: ⁊ videtur ꝙ ſic. ar. C. de agri. ⁊ cen. cum ſimus. §. illud. vbi innuitur ꝙ coloni mei filius meus eſt colonus. item filius murileguli eſt murilegulus. C. li. xj. de murileg. l. fi. Idem etiam videtur in filio liberti. vt. C. de libert. ⁊ eorum liber. l. ij. ⁊. iij. item filius curialis videtur eſſe curialis. C. de natu. lib. communium. §. illo videlicet. 14 ¶† Itē pater ⁊ filius eadem perſona reputantur: ⁊ filiꝰ eſt pars paterni corporis. vnde qualis pater: talis fi-

a ¶ Inſtrumētū ſic ꝯfecto iſtrumento vt ſequitur ceſſat qđ q̄ritur ĩ forma tali ſicut venerande memorie genitor noſter tibi vel genitori tuo tale feuduꝫ ꝯceſſit ſic ⁊ nos cōcedimus ⁊c. an vaſallus neceſſe habeat p̄mam cōceſſionē oſtendere. et dr qđ nō. ꝑ. l. ff. de dona. ex hac ſcriptura. ⁊. C. eo. titu. ſi donatio. ⁊ ibi ſoluitur ꝯtrariū. de auc. ſi q̇s in aliquo C. de eden. ⁊. C. de fal. cauſa ad lec. l. j. de epiſc. ⁊ cle. l. j. ⁊ extra de ꝟb. ſig. abbate mouet etiam qꝛ etiā ſi cā illa vera nō eēt nō vitiaretur ꝯceſſio. ff. de condi. ⁊ demō. l. demōſtratio. §. quod aūt iure. ⁊ inſti. de lega. §. huic prima niſi talis eſſet cā qua nō exiſtente nō fuiſſet dans cōceſſurus. qđ haberet ꝓbare q̄ hoc dicit. ff. de ꝯdi. ⁊ demō. cū tale. §. falſam. ⁊ hoc marie vbi perſonarū dantis ⁊ recipiētis ꝯditio preſumptioneꝫ ample liberalitatis inducit. facit extra de dona. c. j. de ſymo. et ſi qōnes. ff. de dona. filiuſfa. d iu di. ſed ⁊ ſi ſuſceperit. §. j. et qđ ibi no. de vſu. ⁊

habi. l. plenum §. equitij. de auro ⁊ ar. leg. l. ante pe. §. fin. ⁊ de alimē. leg. l. pe. j. reſpō. d actio. ⁊ obliga. l. vlti. in fi.

ADDE originalr videndū Old. ꝯſil. cxxj. cuiꝰ p̄dicte fuerūt vigilie.

b ¶ Et pacis. inter eos eſt ĩ forma.

c Quoniam ſuper homagijs.

AEDE quid ſit homagiuꝫ ⁊ qualiter fiat late bal. ꝯſi. clix. primo lib. adde tu bonā gl. in ꝟbo hō ligius ⁊ ibi card. pe. d anc. glo. abb. et Io. de imo. ĩ cle. paſto. de re iudi.

* Additio. Adde tu card. zaba. poſt hoſ. in. c. recolentes de ſta. mona. et an homagiū ligiū poſſit fieri ꝑ hoīem ligiuꝫ duobꝰ ꝑ diuerſis rebus vide guido. pa. in. q. ſuis. q. cccx. et q. cccix. vbi qui dicant hoīes ligij ⁊ q̄ nō. Et ad de qđ homagiū dꝫ fieri illi qui poſſidet ſi ſint duo ꝯtendētes de vno caſtro vt voluit idē guido pa. ſing. cccxxvj. inci. ſi ſint duo. H. ferran.

d ¶ FOR. nō fuit rolā. nec ꝑ aliū reperi.

e ¶ Verſi. porro. ſuꝑ quo ꝟ. ſcp̄ſi qōnes duas ſequen. roſ. circa id.

f ¶ Ut dixi. verba Roſ. vbi. ſ.

g ¶ Alij dicunt Io. de bla. vbi ſ. ꝟ. viſo igitur.

h ¶ Fiat. prima q̄ſtio mar.

a ¶ Ver. ꝓxi. in his inſtat Iac. de bla. vbi. ſ. in prin. dicēs per hoc ſolui ꝯria q̄ dñr infringi ꝑ homagiuꝫ libertatē: qꝛ pōderato ꝙ dñs ei tenetur potius ſeruari pōt libertas quā infringi: q̄ ēt de facto aliter ſeruari non poſſet forte.

b ¶ Scripto ꝟ narrauit mart. nec poſuit pro qōne. ⁊ idē io. de bla. ſuꝑ. j. q.

c ¶ Solita. ij. q. mar. qua io. de bla. ſub prima tractauit et ex dictis vtriuſqꝫ formatꝰ eſt iſte articulus.

d ¶ Quarto q̄ritur. iij. qō. mar. quā ēt Io. ꝓſequitur. in fine prime q̄ſtionis

e ¶ Dicas. ꝫm mar. ⁊ io. q̄ reſpondēt ad. c. ſi cautio. ⁊. l. cum de indebito et filia. illa loq̇ cū ad ꝓbādā veterem obligationeꝫ interponitur cautio ſine expreſſione cauſe q̄ exprimi debebat ſicut al's. ff. ſi q̇s cau. ſꝫ ⁊ ſi q̄ſitū. in eo aūt qui ſimplr ſpōdet nō dicēs ſe ex p̄cedenti cā debere: ſꝫ de nouo conſtituitur obligatio vꝫ ſine ſpecificatione cāe: dicit tū mar. ſe a tribꝰ legū doctoribꝰ ſ. Iaco. de bel. azo. et bonifacio mali cōſilij tres diuerſas ſnias audiuiſſe cōformat tū eū quod no. ac cur. poſt bar. et hug. ff. de cōſti. pec. l. iij. §. j. ſ. ꝙ ſi cōſtituit q̇s ſe debere ꝙ ſcit ſe nō debere donare videtur: ⁊ idem vidit no. in. l. ij. §. circa ff. de doli exce. ⁊ hoc cōiunxit qđ. ĩ. ſequitur de nobilibꝰ hic oīno vide qđ dixi ſ. de confeſſis. §. nunc videndū ſuꝑ verſi. ſed q̄ eſt ratio.

f ¶ Vendidiſſe mar. dixit ꝓcuratori meo.

g ¶ Cōſului. io. de bla. hoc non cōſuluit. ſed bñ exēplificat infraſcriptas cās fore iuſtas.

h ¶ Quinto q̄ritur. iiij. queſt. mar. ⁊ ſecunda Ioan. de.

lius erit.vt.xxxv.q.iij.§.hac auctoꝛitate.C.de impu
be.⁊ alijs ſubſti.l.fi.⁊ in pꝛe.l.cum ſimus.§.fi.inſti.
de inuti.ſtip.§.fi.de con.di.v.c.fi.in fi.item ſicut q̇s
per arrogationem efficitur meus cum filijs ſuis:et
a foꝛſan cum omnibus bonis[a] ſic ⁊ hō meus qui ſimi
litudinem hꝫ cum illo in hoc:qꝛ eodem mō trāſit in
ptātem meam meus eē dꝫ cum oībus filijs.C. in q̃.
ca.colo.cenſi.l.ij.ff.de adop.ſi pater.§.fi.rñ.j.⁊.l. ar
rogato.inſti.de adop.§.p.quis eñ ferre dꝫ a patre
filium ſeparari.C.cōia vtriuſqꝫ.iu.l. poſſeſſionum.
15 ¶†Item ſi pater ſit ſenatoꝛ vel alterius dignita-
tis non dedignabitur filius paternam aſſeq̄ digni
tateꝫ.vt.ff.de ſenato.emancipationes.⁊.l.filios.C.
de decur.nati.⁊.l.per exempla.C.li.x.de tabula.l.fi.
vnde nec filius dignitatem aſſumere dedignetur vt
in pꝛe.concoꝛ.C.de ag.⁊ cenſi.diffinimus.⁊ ar.extra
de renun.niſi cum pꝛideꝫ.§.perſone vero.⁊ extra de
filijs pꝛeſbyter.litteras.lvj.di.naſci.Itē homo meꝰ
cum non ſit ſeruus bene poteſt cōtrahere matrimo
nium.vnde filius ex legitimis nuptijs natus pr̄is
conditionem ſequeꝛ.vt.ff.de ſta.ho.cū legitime. ar.
contra.ꝙ iſte ſequatur matris conditionē.vt.xxxij.
q.iiij.liber.C.de libe.cā.l.fi.⁊ idem eſt in ſeruo vt.C.
de rei ven.partus.⁊ in aſcripto ⁊ cenſito.C.de ag.⁊
cen.mulier.⁊.l.ne diutius.⁊.l.fi.ad idem.C.li.xj. de
ag.⁊ manci.l.iiij.C.de inceſtis nuptijs humilem.C.
de nup.imperial.nam partus eſt pars viſceruꝫ: igi
tur qualis erit mulier:talis erit partus.ff.de ventre
inſpici.l.j.§.ex hoc.de con.di.iiij.ſi quicquid. ⁊.c. ſi
ad matris.⁊.c.ſe.vnde ſi pater ſit homo alteriꝰ:ma-
ter vero libera ſit:ſequetur partus matris conditio
nem.vt extra de ſeruis non oꝛdi.c.fi.In hac q̄ſtiōe
dixit martinus de fano ꝙ filius hominis mei natꝰ
⁊ conceptus anteq̄ eius pater fuerit homo meꝰ:nō
eſt meus homo.ar.C.de libertis. ⁊ eoꝝ liberis.l.ij.
xij.q.ij.cum redemptoꝛ.¶Si vero natus eſt ex ho
mine iam facto meo ſm cōem vſum homo meus eſt
⁊ paternam foꝛtunam agnoſcit ſm ius tñ videꝛ di-
ſtinguēdū.naꝫ ſi ex matre libera naſcitur.liber erit
vt.C.de ag.⁊ cen.l.fi.⁊ in pꝛe.decre.de ſeruis nō oꝛ.
c.fi.Si vero mater ſit tua femina.pater vero meus
homo ſit:plus fauent iura mihi qui ſuꝫ dñs patris
b q̄ tibi.vnde filius erit hō meus.ar.p̄.l.ne diutius[b]
c Vel pōt dici[c] conſiderandum eſſe ex qua cā ſit ho
magium:ſi enim ſit in emendam illate iniurie.vt ſu
pꝛa.ver.pꝛi.tunc non videꝛ ꝙ filius talis hoīs mei
ſit homo meus.⁊ ſic in pleriſqꝫ locis ſeruatur:quia
non dꝫ filius pr̄is iniquitateꝫ poꝛtare.C.ne filiꝰ
pꝛo parte.per totum.⁊.j.q.iiij.iudei.⁊.c.ſe.immo pe
na ſuos teneat autoꝛes.vt.C.de penis. ſcimꝰ. extra
de his que fiunt a ma.par.ca.q̄ſiuit.qꝛ ſi ꝓpter deli
ctum patris filius non perdit bona. multominus
perdere dꝫ ſtatum ⁊ honoꝛem perſone.ar.in auꝛ.vt
nulli iudi.§.fi.qđ ſi non ſolum in emendaꝫ fecit ho
magium:veꝝ etiam ſubiecit mihi bona ſua accipiē
do illa a me in feudum.tunc qꝛ videtur ea mihi tra
didiſſe ⁊ in me dominiuꝫ tranſtuliſſe:⁊ iteꝝ a me in
feudum recepiſſe.vt.C.de dona.quiſquis.ſi filiꝰ ve
lit abſtinere a bonis paternis:non poſſuꝫ eū in ho
minem meum vendicare:qꝛ cum bona ſua cū onere
ſuo tranſeūt ſi velit habere illa ⁊ ea agnoſcat faciat
mihi homagium.ar.C.ſine cenſu.vel reli.l.ij.⁊ ſic in
directe cogetur homagium facere.ego enim vendi-
cabo bona tanq̄ directe dominꝰ:⁊ ſi ille excipiat ꝙ
pater eius erat vtiliter dñs:replicabo ꝙ non dꝫ ha
bere niſi agnoſcat onus qđ pater ſuſtinebat:ſi autē
aliquis ſe conſtituat hominem meum ligium: quia
dedi ſibi aliquam rem in feudum:⁊ qꝛ vult ſibiipſi ꝓ
uidere vt eum debeaꝫ defendere:tunc pꝛincipaliter
perſonam ſuam aſtringit ⁊ res gratia cuiuſdam re
munerationis interuenit.vt.ff.man.ſi remunerādi.
⁊.j.ver.xvij.vnde qꝛ pꝛeſumitur ita velle filio pꝛoui
diſſe ſicut ſibiipſi.vt.ff.de pꝛoba.ſi pactum.perſona
filij aſtricta eſt iure homagij:lꝫ ille velit abſtinere a
re quam pater dedit in feudum:qꝛ non fecit pꝛinci-
paliter homagium ꝓpter illam:nam ſicut pōt quis
filio pꝛouidere paciſcendo ⁊ ſtipulando:ita etiā cō
ſtituendo ſe hoīem alicuius potentis.vt ab eo ip̄e
⁊ eius liberi defendantur.ff.de pactis.⁊ ſi heredi.§.
nos aūt.⁊.§.iul.⁊.l.auus.magnum enim eſt ius pa-
trie poteſtatis.nam etiam ꝓpter famē pater filium vendere pōt.C.de
pa.qui fi.diſ.l.j.ff.de le.j.filiuſſa.§.ſm vulgarem ⁊ eum impuberē ſub
d poteſtate tutoꝛis conſtituere[d] igitur ⁊ ꝑ ꝯñs ſub dñi poteſtate.ff.de tu
tel.l.j.Idem aūt etiam ſi nullo ſibi a me dato ſe conſtituat hoīem meū
ligium.¶Poꝛro in dubio cū non expꝛimitur cā vel non liquet quare
fecerit homagium:pꝛeſumitur ideo feciſſe vt ip̄m defendam vt ſic eius
filij ſint aſtricti ⁊ res magis valeat q̄ pereat.vt.ff.de reb.dubijs. quo-
e tiens[e].⁊ extra de fide inſtru.inter.ꝓpe fi.ver.ceteꝝ.¶†Sexto queri
16 tur quid ſi ex hoīe meo plures ſuperſint filij:dic ꝙ oēs ſunt homines
17 mei.vt pꝫ ex pꝛemiſſis.¶†Septimo queriꝛ:ſed quid ſi hō meus ex-
heredat vnuꝫ de filijs ſuis nunq̇d taliter exheredatus remanet homo
f meus dicunt quidam[f] de equitate ꝙ non ſi cum effectu excludiꝛ a pa-
terna ſubſtantia ne afflicto addatur afflictio.vt extra de cleric.egro.c.
p.vij.q.j.cum percuſſio.talis eñ ꝓ moꝛtuo habetur.vnde cōditio eius
nulli aſtricta erit:ſicut nec hoīs moꝛtui conditio.ff.de coniung.cū emā
ci.liber.l.j.§.ſi pater.xxiij.di.quoꝛūdam.iteꝫ ſicut pater nō poteſt filiū
exheredatum legando onerare:ita videtur ꝙ non poſſit conditionem
perſone ipſius grauare.vt.C.de fideicom.quidā filium.nec obſtat qđ
pōt filio exheredato tutoꝛem dare.vt.ff.de teſta.tu.pater:qꝛ illud indu
ctum eſt ad pꝛouiſionem filij non ad onus.hoc vero.ſ.homagium face
re q̄uis poſſit eſſe inductum ad pꝛouiſionem filij:vt ſupꝛa non tñ onꝰ
eſt:nec eſt equū filium exheredatum onerari per patrem.Sed adhuc
punitur.nam ex pena non dꝫ quis conſequi immunitatem.vt.j. verſic.
xxvij.ad fi.exhereditatio aūt in penā inducta eſt ob culpam ingratitu
dinis.vt in auꝛ.vt cū de ap.cognoſ.§.cauſas.C.de inof.te.omnimodo.
extra de dona.c.fi.vnde nō videtur ꝙ filius ꝓpter exheredationeꝫ ab
homagio ſit īmunis.ſed dic ꝙ licet regulariter pena pꝛincipaliter nō
tribuat immunitatē. fallit tñ hoc quandoqꝫ vt abſurditas vel impoſ-
ſibilitas euiteꝛ.vt patet per exēplum.ff.de admi.tu. ſed admittens. §.
ignominia.abſurdū aūt eſſet exheredatū aſtrictum remanere ex facto
paterno.Alij tñ cōtra.nā hec obligatio perſonā afficit.ſicut lepꝛa. per
18 hanc enim viam poſſet quilibet ab homagio liberari. ¶†Octauo q̄
ritur.ſed q̇d erit ſi filius non fuit exheredatus abſtinuit tñ ab heredi-
tate paterna:dicunt quidam ꝙ licet de rigoꝛe iuris conditio eiꝰ aſtri-
cta ſit.tñ de equitate poſtq̄ lucrum paterne hereditatis ad eum nō ꝑ-
tinet:non erat ex facto paterno aſtrictus vt ſit homo meus ⁊ ſeruire te
neatur.ff.de contrahen.empt.l.fi.immo reſpuendo lucrum poterit etiā
reſpuere onus.ff.de reg.iur.ſm naturam.⁊ ſic in pleriſqꝫ locis narbo.
pꝛouincie obſeruatur:vbi rem deſerendo ⁊ ſe alibi transferendo dñij
g iugum euadit.vt.j.ver.xix.in fi.[g] ¶†Nono queritur.ecce ex homine
19 meo tres filij ſuperſunt qui iuxta pꝛemiſſa homines mei ſunt:iſti diui
ſim habitant:nunc queritur an quilibet eoꝝ inſolidū teneaꝛ mihi p̄ſta
re operas quas pater eoꝝ mihi debuit:⁊ ſolitus eſt pꝛeſtare an vero ꝓ
virili vel pꝛo hereditaria poꝛtione:⁊ videtur ꝙ quilibet eoꝝ inſoliduꝫ
teneatur.opera enim non pōt ſeparatim pꝛeſtari: vnde inſolidum pꝛe
ſtāda eſt.ar.ff.de ope.libe.l.iij.⁊.l.libertus.ff. de verb.obli.ſtipulatio.
xxiij.diſtin. quoꝛundam.non enim pꝛeſtant operas.ideo quia ſunt he
redes ſed qꝛ ſunt hoīes:ſic ergo pater pꝛeſtabat inſolidum qꝛ hō meꝰ:
⁊ ſic q̇libet filioꝝ:qꝛ hoīes mei inſolidū pꝛeſtabit.ff.de rei ven.ſi poſſeſ
ſoꝛ.ff.cōmo.l.ij.§.ſi heres.cū eadem rō ſit hincinde.ff.de verb. ob.a ti-
20 tio.extra de conſti.nā concupiſcentiā.ff.ad.l.aquil.illud.¶†Item ſi
fundus dꝫ mihi ſeruitutē vie vnicā viā dꝫ.vt.ff.de ſerui.ſi cui.ſi autē de
hoc fundo duo fiant.certe iam due vie debenꝛ.nā vterqꝫ fundus inſoli
